



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Murmurare non debent claustrales.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Tertio propter exemplum Christi.  
 Isa. 53. Quasi agnus coram tondentem  
 se obmutescet, &c. Quarto propter  
 exemplum sanctorum. De talibus di-  
 cit Gregorius. Non murmur resonat,  
 non querimonia, sed corde tacito &c.  
 Quinto, quia regnum cælorum non  
 dabitur murmurantibus. Gregorius.  
 Regnum cælorum nemo qui murmu-  
 rat accipit.

*Murmurare non debent  
 claustrales.*

**P**rimo quia claustralis murmu-  
 rans de cibo uel potu, deficit in  
 ipso principio belli spiritualis,  
 quod est contra gulam, sicut dicit  
 Hieron. Hieronymus. In pugna Christi prius  
 contra gulam agitur, quia nisi haec  
 prius refrenetur, frustra contra alia  
 vitia laboratur. Tales uero ad ignem  
 tribulationis crepant, sicut olla ua-  
 cua ad ignem posita, uel sicut dolium  
 uacuum de facili sonat, uel soluitur,  
 plenum uero silet. Ex quo apparet sa-  
 tis, quod aqua diuinæ gratiæ in eis  
 non est. Isti quando deberent deo  
 escam apponere cum grata salsa hila-  
 ritatis, iusta uerbum Apostoli, Hila-  
 rem datorem diligit deus, ipsi sel-



apponunt murmurationis in eius escam  
 pro falsa. Vbi uerè de eis Dominus  
 dicere potest. Dederunt in escam  
 meam fel; quasi non legerint de do-  
 mino qui cum gustasset acetum fel-  
 le mixtum noluit bibere. Secundo  
 quia claustralis murmurans, omne bo-  
 num claustri dat pro modico fœno ad  
 corpus iumentum sui. Omne bonum  
 claustri est pax. Vnde super illud psal-  
 mi, Pax super israel, dicit P. Augusti-  
 nus. Omne bonum uno uerbo dat.  
 Tertio, quia claustralis murmurans  
 respicit retro cum uxore Loth, & in  
 statuam uertitur. statua uidetur ho-  
 mo, & non est, sic talis uidetur religio-  
 sus & non est. Quarto, quia claustra-  
 lis murmurans dicitur rota non bene  
 uncta, sicut unctio gratiæ, & ideo  
 murmurat sicut rota carri. Ecclesia-  
 sticus. Præcordia fatui sicut rota car-  
 ri. Claustralis discipulus Christi, &  
 Galieni factus est. Vnde D. Bernardus  
 Dominus docet saluare animas, Ga-  
 lienus, & Hypocras saluare corpus  
 cuius consilio potius acquiescis, eius  
 citius uis esse discipulus. Item Puta te  
 monacum esse non medicum, nec de  
 complexione iudicandum sed de pro-  
 fessione. Quinto, quia claustralis  
 murmurans est quasi fur, quia fura-  
 tur deo suo, & abbati suo. Claustralis

11. 11501

Psa. 124  
Augusti

Ec. 33.

Bernar.

Idem.





CHRISTIANA

Ioan. 21

non est suus, sed dei, & Abbatis sui, & sui Præpositi. Tali murmuranti dicitur illud Ioannis. Quid ad te, tu me sequere. Sexto quia claustralis murmurans, cęcum sibi ducem constituit, qui eum in foueam præcipitat frequenter. Ille cęcus est proprius sensus, qui in foueam peccati multos præcipitat. Iam claustrales ita æquę uolunt abundare in uictu & uestitu in præsentibus, ut illi qui nullam aliam retributionem expectant in futuro, quasi pro nihilo reputantes terram desiderabilem, quę eis pro mercede danda est.

*Murmuris remedia sunt quinque.*

**C**ontra murmur auaritię, est terrena contemnere. Contra murmur inuidię, est proximum diligere, nam qui proximum diligit, de bono eius nūquam dolet, nisi quasi de proprio hilarescit. Contra murmur impatiętię, est labores Christi, & sanctorum considerare. Nam passio Christi (ait Gregorius) ad memoriam reuocetur, nihil adeo durum est, quod non æquo animo toleretur. Contra murmur de bonis quę contemnimus, debet esse timor ne mercedem perdat. Quia quod fit cum tebis & mur-